Mirabilia vrbis Rome.



¶ Mirabilia vrbis Rome.

Murus vrbis Rome habet Trecẽtas sexaginta & vnã turres. Propugnacula sex milia & nonaginta et.xxii. milia porticularia. In circuitu vero sunt.xxii.exceptis trãstyberim & ciuitate Leonina: & porticu sancti Petri: vbi sunt.xx.milia.

¶ De portis infra Vrbem.

¶ Porte inclite sunt he. Porta Capena: que dicit̃ sancti Pauli. Porta Appia: q̃ dicit ad dñe quo vadit. Porta Latina: vbi sctũs Ioannes fuit missus in oleũ. Porta Metioni: vbi riuulus influit vrbem. Porta Asinaria: in Lateraũ. Porta Lauicana: que maior est: que est iuxta sanctã Crucẽ in hierusalẽ Porta taurina vl' tyburtina: q̃ sctĩ Laurẽtii dicitur Porta Numẽtana: que dicit ad sanctã Agnetem virginem. Porta Salaria: que dicit versus sanctã Sabinam. Porta Pincina: que est circa ecclesiam sancti Felicis. Porta Flaminea: q̃ est circa ecclesiam sancte Marie de Populo. Porta Colina: que est contra templum Adriani supra pontem.

¶ De Portis Transtyberim.

¶ Porte trãstyberim sunt tres. s. Porta Settiniana

vbi.v.laudes fecte fuerunt Octauiano impatori.
Porta aurea.s.sancti Pancratii.Porta Portueñ.
¶ In porticu sancti Petri sunt due Porte.s. Porta castelli sancti Angeli:& Porta viridaria.

¶ De Montibus infra Vrbem.

¶ Mons Ianiculus:vbi est sanctus Petrus.Mons Taurinus:qui dicitur Ianitarius:Mons Auẽtinus vbi est ecclesia.s.Sabine. Mõs Quirinalis:qa ibi stabant Quirites: vbi est eccl'ia.s.Stephani: que dicitur in Celio Mõte.Mõs Tarpeius vl' Capitoliũ:vbi est palatiũ Senatorum.Mons Palatinus vbi est palatiũ maius. Mons Inquilinus super alios montes dicitur:vbi est basilica sancte Marie maioris.Mons Vinalis:vbi est basilica sancte Agathe:vbi Virgilius fuit captus a Romanis:qui visibiliter exiens a carcere perrexit Neapolim.

¶ De Pontibus Vrbis.

¶ Pontes vrbis Ro.sunt isti: Pons. Adriani: vel Iudeorum.Pons Fabiani iuxta prefatum pontem. Pons Gratiani.Pons Senatorum.Pons Theodosii. & Pons Valentini.

¶ Palatia Imperatorum sunt hec.

¶ Palatiũ magnũ in monte palatino. Palatiũ Senatorum prope sanctũ Sixtum. Palatium Claudii.

inter Coliseũ & sanctũ Petrum ad vincula. Palatium Constãtini in Lateraneñ. Palatium Romuli inter sanctam Mariã nouam & Cosmam / vbi sex edes pietatis & concordie / vbi posuit Romulus suã statuã dicẽs: Hec statua non cadet donec virgo pariet. Et statim cũ beata Maria virgo peperit statua corruit: Palatium Traiani / vbi est columna. xx. passuũ. Palatiũ Siluestri. Palatium Antonii / vbi est alia Colũna xxxiiii. passuũ. Palatiũ Neronis / vbi est angulea sancti Petri. Palatium Octauiani ad sanctum Laurentium in Lucina.

¶ De arcubus triumphalibus.

¶ Arcus triumphales sunt hii / qui fiebant alicui imperatori redeunti / sub qbus cũ honore ducebatur a Senatoribus / & eius: victoria ad memoriã coꝝ in arcu sculpebatur. Arcus Theodusii / Valẽtini / & Gratiani Imperatoꝝ ad sanctum Vitum. Arcus Constantini Imperatoris iuxta Coliseũ. Arcus septem lucernarũ Titi / & Vespasiani / vbi est candelabrũ Moysi cum archa habens septem brachia in pede Turris calculatorie. Arcus Iulii & senatoris ad sanctã Mariã nouã. Arcus Octauiani Imꝑatoris ad sanctũ Laurentiũ in Lucina. Arcus Antonii ad Columnam.

¶ De Arcubus non triumphalibus.

¶ Alii sunt arcus nō triūphales: sed memoriales vt est arcus pietatis ante sanctā Mariā rotundam vbi accidit quedam historia de paupere muliere cuius filius occisus erat a vicine sue: filio que petiit ius sibi fieri ab Imperatore Traiano parato ire ad exercitum: qui se ius dixit facturū in reditu. Que respondit: forsan domine non redibis: qui statim fecit ibi consistorium: & fecit ei sm vt petierat. Iudicauitq; iuuenem homicidam moriturum: quem mulier petiit sibi reddi pro recompēsatione sui filii mortui: quod ita factum est. Et dicta mulier fatebatur se plenum ius recepisse: & dotata est ab Imperatore recessit.

¶ De Termis.

¶ Terme dicuntur palatia magna habentia magnas criptas subterraneas: in qbus tēpore hyemali fiebat ignis maximus. Estiuo autē tēpore replebantur aquis: ut curia in supioribus cōmorās magis delectaretur qd in termis Diocletiani & Maximiniani adhuc videri pōt. Terme Limpiadis apud sanctū Laurētiū in palispna. Terme Domiciani tyberine sunt retro Mariā rotūdam. Terme Alexandrine vbi est hospitale de Termis.

¶ De Theatris.

¶ Theatra sunt: Theatrum Titi & Vespasiani ad cathecũbas. Theatrum Tarquini imperatoris ad Septisolium. Theatrum Pompei ad sctm̃ Laurẽtium in Damaso: & est ibi Theatrũ Flamineum.

¶ De Angulea sancti Petri.

¶ Ibi est memoria Cesaris: vbi splendidus cinis in suo Sacrofagio. i. Malo ereo reqescit: vt sicut eo viuente totus mũdus ei subiectus erat: sic ipso mortuo oĩa corpora mortuorũ sibi subiacerent vbi in giro mali scriptũ est. Cesar tãtus erat: quo nullus maior in orbe. Sed in modico nunc tam magnus clauditur antro. Infra scripta stat Cesaris alta colũna. Regia structura quãta nõ extat aula. Si lapis est vnus qua fuit arte leuatus. Et si sint plures dic vbi congeries.

¶ De Cimiteriis.

¶ Cimiterium Caleopodii ad sanctũ Pancratiũ. Cimiteriũ sancte Agathe. Cimiteriũ sancti Viti ad portã Colinã. S. Felicis. S. Calixti ad Cathecumbas. Cimiterium Concordiani foris portam Latinã. S. Agnetis: & illa q̃plura cimiteria: que in multis locis: decendebantur per tria miliaria vbi sancti abscondebantur.

¶ Loca vbi sancti passi sunt.

¶ Foris portā Apiā fuit decollat⁹ sanctus Sixtus ꝑpe dñe quo vadis: vbi fuit templū Martis: añ. s. Nereū intus cauati ad S. Georgium domus Lucine: & est ibi velū aureū. Aqua saliua ad sanctum Anastasium: vbi decolatus fuit. s. Paulus. Ortus Lucine: ubi est eccl'ia sancti Pauli: Et est ibi ꝑpe amphibiatū vbi est cloata in qua iactatū fuit corpus. s. Sebastiani: qui reuelauit corpus suum Lucine dicens: Inuenies corpus meū pendēs in vico per pedes iuxta stratā que dr̄ via Cornelii iuxta Girolum arcus Romanoꝝ: vbi beatus Siluester & Cōstantinus obligauerunt se ab inde: vbi fuit domus telluris ante Martē. Terme Lāpiadis: vbi fuit assatus. s. Laurentius in palisperna: Palatium Tyburtinū vbi Detius & Valerianus recesserūt a Laurentio mortuo. Arcus flāmeus ad pontem Iudeoꝝ trāstyberim infra Palatiū Neronis & tēplū Apollinis qđ dr̄. S. Petronelle ante ecclesiā sancti Petri fuit Vaticanū: vbi Vates. i. Sacerdotes canebāt officia. ante templum Apollinis fuit castrum Neronis: vbi nūc est ecclesia sancti Andree. In fastigio Pantheonis. i. Marie rotūde fuit pinea erea deaurata: que nunc est ante templum

H

sancti Petri:que cooperta erat tabulis ereis deau ratis:ita q a longe videbātur quasi mons aureus cuius pulchritudo adhuc in parte apparet.

¶ De Templis.

¶ Ante Palatiū Alexandri fuit templū Enee & Pompei mire puchritudinis. Monumentum vero Pompei/quod dicitur marmoreū decenter ornatum:fuit oraculum Appollinis. Ecclesia sancti Viti fuit secretariū Neronis. In Palatio Antonii est templum diui Adriani. In campo Martis fuit templum Martie. in quo elegebantur Consules Quarto kal. Iulii: & morabantur vsq ad kal. Ianuarii. In hoc tēplo ponebāt Romani rostra nauium: vt essent specula omniū gentiū. iuxta Pantheon erat templum Mineruе. Apud Cyriacum erat templum Veste. In calcari est templū Veneris. Monasterium Rose fuit castellum Iunonis.

¶ De Capitolio.

¶ Capitoliū dicitur eo q erat caput totius mūdi in quo Cōsules & Senatores morabātur ad cōsulendum vrbem: cuius facies cooperta erat muris altis & aureis vitro & auro vndiq coopertus. Infra capitolium fuit palatium pro magna parte aureum; lapidibus pretiosis exornatum: quod

dicebatur valere tertiã partem mundi: in quo tot statue erant imaginũ quot sunt Mũdi prouincie Et habebat quelibet imago tintinebulũ in collo per arté mathematicã depositum: vt quando aliqua regio populo Romano rebellis efficeretur statim huius ꝓuincie imago vertebat dorsũ imagini vrbis Rome: que maior erat sup alias tanq̃ domina: & tintinabulũ quod habebat in collo sonabat: tunc Custodes Capitolii dicebãt id Senatui: statimq; mittebat legiones militum ad expugnandum prouinciam. Erant in Capitolio plura templa. Super arcũ erat templum Cesaris & Veste/ vbi Senatores ponebant Iulium Cesarem in Cathedram. vi. Martii. Et ex parte Capitolii erat templũ Iunonis. Iuxta forũ publicum erat tẽplũ Herculis in Tarpeio/ & Achillis vbi interfectus est Iulius Cesar a Senatu in loco vbi est ecclesia Ara celi: & fuerunt palacia simul iuncta. Palatiũ Phebi & Carmetis: vbi Octauianus vidit visionem suam in celo. Iuxta caneparium est templũ Iani: qui erat Capitolii custos.

¶ De Equis marmoreis.

¶ Equi & homines nudi significant ꝙ tpe imperatoris Tyberii fuerunt duo philosophi iuuenes. s.

Praxitelis & Pitias:qui dixerũt se esse tãte sapien tie:vt quicqd impator ipsis absentibus in camera sua diceret:ipsi de verbo ad verbum referrent. Quod fecerũt vt dixerunt:& inde pecuniã non petierunt:sed memoriã sempiternam: ita ꝙ ipsi haberent duos equos marmoreos calcãtes terrã qui significant principes huius seculi Quia nudi sunt circa equos:significat ꝙ altis & extensis bra chiis:& replicatis digitis narrabãt q̃ futura erant vt sicut nudi sunt:ita scientia huius mũdi in eoꝝ mentibus nuda & aperta est.

¶De Rustico sedente super equum.

¶Ad Lateranũ est equus ereus & deauratus:qui dr̃ Caballus Constantini:sed non est sic:sed qvo lũt scire verũ hoc plegãt. Tpe Consulũ & Sena toꝝ quidã rex potentissimus ex orietis ptibus ve nit Romam:multa strage Ro.populo affligens. Tunc qdã Rusticus armiger magne fortitudinis virtutis & prudentie dixit Consulibus & Senato ribus. Nunqd si esset aliquis liberãs vos de tribu latione ista/quid a Senatu recipere mereret̃:Re spõderũt:quicqd peteret obtineret. Qui ait illis Date mihi.xxx.talenta auri:& insuper memoriã fieri sempiternã:& ꝙ equum ereũ statutã meam

desuper facietis: & ab illis vos in breui liberabo. Qui dixerũt se omnia facturos. ille vero ait. Media nocte surgetis: & oẽs estote armati bñ: & steris infra muros in speluncha: & quicqd vobis dixero facietis. Et responderũt faciemus. Rusticus vero ascendit equum suũ maximũ sine sella: Tollensq̃ falcẽ exiuit foras tanq̃ vellet colligere herbas: viditq̃ Regẽ venientẽ ad arborẽ ꝑ necessariis suis: suꝑ quã arborẽ quedã Cucumagia sedebat: dulciterq̃ canebat. Rusticus hoc audiens accessit propius. Socii regis putantes rusticum de suis esse clamarunt. Rustice non tãgas Regẽ qa si tetigeris suspenderis. Rusticus vero spretis eorum minis, per fortitudinẽ Regem parue stature cito arripuit: & eũ subleuans posuit corã se super equũ & fugit ad Vrbem: clamãs voce magna ad homines Vrbis in cauernis latitantes. Exite foras & interficite exercitũ Regis: quoniam ipsum corã me nũc teneo captũ. Qui exeuntes ad vocẽ eius multos occiderunt: & alii in fugã uersi sunt. Romani habito triũpho soluerunt ei aurũ quod petierat: & fecerũt memoriam eius: & in pñtatione statue sue: quã posuerunt corã palatio Lateranẽ. vnum equum ereum & deauratum: & statu-

tam ipsius desup sedentē deauratā:extensa manu dextra:cū qua regē ceperat:& sup caput equi quā dā Cucumagiā posuerunt:ad cuius cātū victoriā habuerūt:ipam staturam regis:que parua erat: retro ligatam manibus sub dicto equo collocarūt.

¶De Coliseo.

¶Coliseū fuit templū Solis mire magnitudinis & pulchritudinis:diuersis cauernis adaptatum:& coopertū erat celo ereo & deaurato:vbi tonitruū fulgura & coruscationes fiebāt.& pluuie mittebātur p fistulas plumbeas.Et erāt ibi signa super celestia:& Planete cū Sole & Luna quadrigis vehi videbantur.In medio sedebat dn̄s Phebus deus solis:qui pedes ad terram vertebat:& caput eius celū tangebat:qui palmā in manu sua tenebat:designās q Roma totū mundū regebat. Post vero multū temporis spaciū beatus Siluester iussit tēplum destrui:& etiam qplura alia: ne Peregrini venirēt Romam pptcr edificia antiqua & deorū famā:& non propter ecclesias sanctoꝝ transirēt multimoda deuotione.Caputvero & manus predicti idoli cū pomo ad palatiū in Laterano fecit poni in memoriam:que palma &caput Samphonis falsse vocantur a vulgo.Palatiū prefatum erat

templum Trubi: per quod intrabant: & prefata simulatio in querimonia fundebat tempore. Cōsultuum & Senatorum orationes.

¶ De sancta Maria rotunda.

¶ Agrippa pfatus subiugauit Ro. Se. Sclauos & Saxones. Occidere fecit & iussit. iiii. legiones. In eius reuocatione tintinabulū statue Presidis que erat in templo Iouis & Minerue sonabat: qa statua vniuscuiusq regni totius orbis in tēplo illo erat posita cū tintinabulo ad collū: quando sonabat/regnū id cognoscebatur rebelle: Huius autē statue presidis tintinabulū audiens Sacerdos qui erat in Spelunca in hebdomada illa: nunciabat Senatoribus: Senatores autem legationem hanc prefato Agrippe iniunxerunt: vt iret ad Persas subiugandum. Qui omnino renuēs & dicens se non posse pati tantū laborē. Tandē victus petiit consilium triū dierꝫ: infra quosquadam nocte ex nimio cogitatu fatigatus obdormiuit: & quedam femina ei apparuit: que ait. Agrippa qd cogitas in magno es cogitatu: Cōsolare/& pmitte mihi templū quale ostendam tibi: & dicam quomodo eris victurus. Qui dixit: faciā dn̄a: illa ostendit ei in visione templum rotundum ad modum Pan-

theon. Ille vero dixit. Dña que es tu: que respondit. Ego sum Cibeles mater deorum: fac mihi libamina & Neptuno: qui est deus Maris/ad honorē meū: quia tecum erimus: & vinces oēs rebelles. Agrippa vero surgens hec recitauit Senatui: & ciues acquieuerūt verbis suis. Igitur cum magno apparatu nauium: & .v. legionibus militū venit ad Persas & eos debellauit: & posuit sub tributo Senatui Ro. annuatim. Et rediens Ro. fecit templū fieri qꝫ pmiserat: & dedicauit ad honorē Cibelis matris deorum: & imposuit huic nomen Pantheon: & fecit staturā Cibelis deauratā: quam posuit in fastigio Pantheon super foramē & cooperuit eā mirifico tegumēto ereo & deaurato. Beatus vero Bonifa. pa. post multū tpis vidēs id templū tā egregie dedicatū ad honorē Cibelis anteqꝫ xpiani pturbarēt aliquotiēs a demonibus: accessit ad xpianū imperatorē rogās hoc templū sibi tradi: qđ imperator cōcessit eidē libēter. Papa vero cū Ro. po. i. kal. Nouēbris dedicauit idem: & statuit vt ex illo die Ro. pōt. cū Ro. po. ibi cōuenirēt: & papa missam celebraret: & populus cōicaret sicut in die natiuitatis dñi: & eodem die per vniuersum orbē festum beate virginis Marie: &